

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLVIII. TIT. VI. Ad L. Julianam de Vi Publica.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

RESP. Loquitur de ea, quæ in animo consistit, & salva est etiam in ea, quæ vim passa est.

Qv. XVI. *Ad quidnam stuprator teneatur stupratae?*

Laut. pag. Vid. supr. tit. de Agnosc. vel alend. lib. qu. 2.

692. verb Qv. XVII. *Quinam gradus sint prohibiti, quaenam ratio prohi-*
fornicatio.

Laut. pag. De gradibus prohibitis supra egimus tit. de Ritu Nuptiarum.

692. verb.

in gradu

prohibito.

LIB. XLVIII. TIT. VI.

AD L. JULIAM DE VI PUBLICA,

Qv. *Quando videatur fracta pax publica?*

Laut. pag. R ESP. Quando quis vi publica, coadunatis armatisque hominibus,
693. verb. R animo juris sui vi propria vindicandi, vel illatæ injuriæ ulciscendæ,
quæ inci- alium invadit, *Dn. Par. Prud. Jur. publ. c. 32. §. 11.*

dit in cri- Ex hac causa agitur immediate in Camera, et si reus sit mediatus, *ibid.*

men. Pœna hujus delicti est proscriptio, sive bannum, quod est (α) simplex;
vel iteratum; (β) delicti, vel contumacia, de quibus d. c. 32. §. 12.

Eadem pœna obtinet in causa fractæ pacis religiosæ, d. c. 32. §. 13.
etiam contra proprium Magistratum, *ibid. §. 14.*

LIB. XLVIII. TIT. VIII.

AD L. CORNELIAM DE SICARIIS.

Qv. I. *An animo vulnerandi aliquem occidens hac Lege teneatur?*

Laut. pag. A FFIRMATUR: modo mors ex vulnere sequatur, *Laut. h. p. 695.*
695. verb. Nam qui aliquid facit, unde scit, mortem sequi posse, ex omni causa
si quis in- tenetur: certum enim est, vulnera ad mensuram non dari. Unde nervosæ
strumen- in *L. i. §. 3. h.* dicitur: voluntatem occidenti excre colligi, i. e. ex in-
zo. strumentis, quibus utitur, ita enim Basilici explicant illum locum, *ani-*
mus ex instrumento percussoris demonstratur: nam si gladium strinxerit,
eoque percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse cen-
set Hadrianus d. *L. i. §. 3. Conf. Carpz Praß. Crim. Part. i. qu. 1. n.*

25. 28. Et 55. seq. Matth. de Crim. L. 48. ff. tit. 5. c. 3. n. 4.

Qv. II.

